Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



150

uobis inquapotestate haec facio. Nullus hic ergo repug
nantiae quaestio nascitur. Nisi quod matheus cum dixis
set quod dns interrogauerit iudaeos cum uenerit dns uineae
quid faciat agricolis illos respondisse subiungit adq;
dixisse malos male perdet uineam locabit alis agri
colis qui reddant ei fructu temporibus suis; Quod
marcus non ab ipsis dictum esse commemorat. sed dnm
hoc consequenter loquutum post interrogationem suam ipsum
sibi quodammodo respondisse; Ita enim dicit. quid ergo faci
et dns uineae. Uenit et perdit colonos et dabit uineam alis.
Sed facile potest intellegi. ueluti rorum uocem ita subiunctam
ut non interponatur. illi dixerunt. Aut illi responderunt.
Sed tamen intellegeretur. Aut ideo responsionem istam
dno potius adtributam quia cum uerum dixerunt etiam
de illis hoc ipse respondit quia uerta est. sed illud magis
mouet quod lucas. Non solum eos hoc respondisse non dicit
haec etiam uerba ipse quoq; sicut marcus dno adtribuens
uerum etiam contuiciam retulisse responsionem dicen
te absit; Ita enim narrat quid ergo faciet illis dns uineae
Uenit et perdet colonos istos et dabit uineam alis.
Quo audito dixerunt illi absit. Ille autem aspiciens eos
ait. Quid est ergo quod scriptum est lapidem quem reip
bauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli,
Quomodo ergo secundum mattheum illi quib; haec loque
batur dixerunt. Malos male perdet et uineam locabit
alis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis.
Cum secundum lucan talibus uerbis contradixerint dicen
te absit. et reuera quod sequitur dns ait. de lapide
reprobato ab aedificantibus. et factum in capite anguli;
Ita inlatum est uthoc testimonio conuincerentur illi
parabola contradicentes; Nam et ipse matheus hoc
sic commemorat. dictum tamquam contradicentib; Cum ait.